Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

hymnis. Sep. Venite audite et narrabo omnis qui timetis dm. quanta fecit anime meae. Ipsum ore meo inuocauit. et exaltauit in lingua mea. Si inquitatem fecisset in corde meo. non exaudiet dns. Sed deo exaudiuit ds. et adtendit uocem deprecationis meae. Benedictus ds qui non abstulit orationem meam et misericordiam suam a me. Incipit in psalmis canticum carminis

Ps. Misereat nri .lxvi. et benedicat nos. illustret faciem suam super nos. Ut notum fiat in terra uia tua. in uniuersis gentibus salus tua. Confiteantur tibi populi ds. confiteantur tibi populi omnes. Letentur et laudent gentes. quoniam iudicas populos in equitate. et gentium quae in terra sunt doctor es semper. Sep. Confiteantur tibi populi ds. confiteantur tibi populi omnes. Terra dedit germen suum benedicat nobis ds ds nr. Benedicat nos ds. et timeant eum omnes fines terae. Incipit ds. psalmi canticum. lxvii.

Exurgat Ds et dissipentur inimici eius. et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant. sicut tabescit cera a facie ignis. pereant impii a facie dei. Iusti autem letentur et exultent in conspectu dei. et gaudeant in letitia. Cantate deo cantate nomini eius. iter fate uiam ascendenti per deserta. In dno nomen eius. et exultate coram eo. Pater pupillorum et defensor uiduarum. Ds in habitaculo suo. ds habitare facit solitarios in domo. Educit uinctos in fortitudine. incredulis autem habitauerit in siccitatibus. Ds cum egrederis ante populum tuum. et ambulares per desertum. Sep. Terra commota est. et celi stillauerunt a facie dei. hoc est sinai. a facie dei dei israel. Pluuiam uoluntariam eleuasti ds. hereditatem tuam laborantem tu confortasti. Animalia tua habitauerunt in ea. paratisti in bonitate tua pauperi ds. Dominus dabis sermonem. annuntiantibus fortitudinis plurimae. Reges exercituum federabunt et pulchritudo domus diuidere spolia. Si dormiens uis inter medios terminos. pennae columbae deargentatae. et posteriora eius in uirore auri. Dum diuideret robustissimos reges in ea. niue dealbata est in selmon. Mons dei mons pinguis. mons excelsus mons pinguis. Quare contendis montes excelsi. aduersum montem quem dilexit ds. ut habitaret in eo. siquidem dns habitabit in semper. Currus dei innumerabilis milia